



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. I. De Officio Secretarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)


menſe, ad Superiores verò locales ſexto. ^o C. 2. D. 34.
 Literas Secretarii manu ſcriptas Generalis & Form. §. 12.
 ſubſcribet, aut Secretarius ipſe, de ejus & In. 9. §. 7. &
 commiſſione. p 3. Aderunt illi præterea R. Secr. 8.
 multi adjuutores ad expedienda negotia, & p P. 9. c. 6. E.
 literas, de quibus ſtatim.

CAPUT V.

De Secretario Societatis, ejuſque Sociis.

SECTIO I.

De Officio Secretarii.

I.  On ſolùm Præpoſitus Generalis eget Miniſtris particularibus, quales ſunt Provincia- rum Præpoſiti, hiſque ſubor- dinati Superiores; de quibus Par. 7. infra agetur; ſed opus habet etiam univerſali- bus, & hiſ quidem, aut ad excitandam rerum agendarum memoriam, aut ad con- ſilium in iis ſuppeditandum, aut ad eandem diligentia, ac labore executioni mandan- das. Primæ partes Secretario demandan- tur; ſecundæ Conſiliariis, ſeu Aſſiſtenti- bus; tertiæ Procuratori Generali.

Quibus Mini- ſtris eget Ge- neralis.

P. 9. c. 6 § 7. & 10. & 12.

D d

2. Ha-

Secretarii minus quale.

2. Habeat igitur primò necesse est aliquem Ministrum, qui ordinariè apud ipsum maneat; qui pro memoria, & manibus illi sit ad omnia, quæ scribenda, & tractanda fuerint; ac breviter ad res omnes Officii sui obeundas: qui induat Personam Præpositi; & præter potestatem, totum Officii ejus pondus humeris suis impostum esse existimet. *b*

b P. 9. c. 6. §. 8. & R. Secr. 1.

Quæ notes in Secretario præquirantur.

3. Is igitur Præpositi Minister vir sollicitus, & discretionis, & si fieri posset, doctri-
æ dono, & specie honesta, ac modo agendi verbo, & literis cum omni hominum genere præditus esse deberet; isque, cui in primis confidenter quidvis committi posset, quique Societatem in Domino diligeret. *c*

c P. 9. c. 6. §. 9.

Secretarii juræ.

d P. 9. c. 3. §.

36.

4. Eligitur à Generali; idemque Secretarius Societatis dicitur. *d* Si sit quatuor Votorum professus, admittendus est ad Congregationem Provinciam, cum suffragio activo, & passivo; non item ad Congregationem Procuratorum, nisi electus ad eam fuerit. Ad Congregationem verò Generalem, post electionem præpositi, sive Professus sit, sive non, est admittendus, eum jure suffragii ad alia omnia præterquam ad electionem Assistentium; quamquam informationes tam pro Generali, quam

quàm pro Assistentibus, & Admonitore eligendis, ab eo capi possunt; *e* immo si contingat ante electionem Generalis alia negotia, ad eam non spectantia tractari, ad illa admittendus est. *f* Habet etiam jus suffragii, quodcumque agitur de Domo aliqua, vel Collegio dissolvendis, non obstante Dec. 23. C. 4. *g* Potest idem creari Assistentis; quamquam melius sit hæc munera in diversis Personis constitui. *h* Habet plures Substitutos, & Socios; quibus in scribendis literis adjuvatur; qui licet sub obedientia Vice-Præpositi, & Ministri Domus sint constituti; tamen poterit eos, cum ipsius postulat Officium, aut recreationis causa, foras mittere; & cum illis, si necesse fuerit, in ordine domestico dispensare. *i*

e C. 4. D. 11. & C. 6. D. 25. §. 12. & Form. C. Gen. §. 60. & Con. Prov. §. 8.
f C. 12. D. 1. & C. 13. D. 2.
g C. 4. D. 27.
h C. 1. D. 89.

i R. Secr. 42. & Subst. 3.

S E C T I O II.

De Secretarii obligationibus.

HÆc circa ejus munus, dotes, & Privilegia. Sunt præterea auctoritate Congregationis Generalis approbatæ, atque editæ ipsius Regulæ, *l* quarum summa capita huc referenda.

l C. 7. D. 30. & 101.

1. Curet Secretarius, ut talis sit, quarum Constitutiones requirunt, Tempus

Quid in se præstare debeat.

Dd 2

ora-